Oratio habita a D. Ioanne Colet Decano Sancti Pauli ad Clerum in Conuocatione. Anno. M.D.xj.



[redacted]

Liber Guilielmi

Oratio habita a D. Ioanne Collet Decano S. Pauli ad Clerum in Conuocatione. Anno virginei partus. M.CCCCC.xj.

Conuenistis hodie Patres & viri sapiētissimi inituri Cōcilium. In quo quidnam acturi sitis quasq; res tractaturi nōdum intelligimus. Optamus autem vt aliquando memores & nominis & professionis vrę: cogitetis de reformatione rei ecclesiasticę. Nam nunq̄ fuit magis necesse: nec status ecclesię vr̄a studia magis vnq̄ desiderauit. Est eni sponsa Christi ecclesia: quam voluit ille sine macula & sine ruga esse / facta turpis & deformis. Vt Esaias loquitur. Ciuitas fidelis facta est meretrix. Et vt Hieremias ait. Fornicata est cum amatoribus multis. Vnde concepit multa semina iniquitatis: & parit fructus quotidie turpissimos. Quamobrem huc accessi hodie Patres: admonēdi vr̄i gratia: vt de reformatione eccl'ie in isto vestro Concilio toto animo cogitetis. Accessi autem non meo quidem sponte profecto. Nam agnoscebam indignitatē meam. Et videbam etiam q̄ esset arduū tantoꝝ viroꝝ exactissimo iudicio satisfacere. Iudicabam eni omnino

indignum & ineptum / ac prope arrogans: vt ego seruus admoneam vos dominos meos: ego filius doceam vos Patres meos. Magis vero hoc conuenisset alicui vni ex Patribus id est ex vobis prelatis: qui id & authoritate grauiore: et sapiētia maiore fecisset. Verūtn̄ obediēdū fuit mandato reuerēdissimi Patris & D. nr̄i Archiepiscopi / Presidis huius Concilij: qui hoc onus mihi certe graue imposuit: quandoquidem legimus Samuelem prophetam dixisse: meliorē esse obedientiā q̄ victimam. Quapropter Patres & viri prestātissimi vos oro: obtestorq;: vt hoc die imbecillitatem meam: bonitate et pacientia vr̄a sustineatis: deinde vt me in pricipio iuuetis pijs orationibus vestris: atq; ante omnia fundamus preces nostras ad deum patrē omnipotentem. In primis i oratione nr̄a memores. S. D. nostri papę: et omnium pastorum spiritualium / cū toto populo christiano: memores deinde reuerēdissimi Patris & D. nr̄i Archiep̄i presidis huius Concilij: et omnium dominorum Episcoporū: ac totius cleri: et totius populi anglicani, memores postremo huius congregationis vestrę et conuētus: rogantes deum vt inspiret animos vestros sic vnanimiter conuenire: ad talem vide

licet ecclesię vtilitatem & fructū: vt peracto cō-
silio/non frustra & sine causa congregati fuisse
videamini. Vniuersi dicamus: Pater noster.

Sequuntur reliqua.

EXhortaturus vos reuerēdi Pr̄es ad stu-
diū reformādi ecclesiastici status: ꝓpter
ea q̄ nihil tam deformauit faciem ecclesię: q̄ in
clericis & sacerdotibus/ratio viuendi secularis
et mundana: nescio vnde cōuenientius sumam
exordium sermonis mei/q̄ ab apostolo Paulo/
in cuius iam templo cōgregamini. Is enim scri-
bens ad Romanos: & i persona illorum ad vos
dicit. Nolite conformari huic seculo: sed refor- Rom. 12. 2.
mamini in nouitate sensus vr̄i: vt probetis que
sit voluntas dei bona/beneplacens & perfecta.
Hec scripsit ap̄l'us ad omnes christianos: maxi
me autem ad sacerdotes & episcopos. Sunt eni
sacerdotes & episcopi lumina mūdi. Nam illis
dixit saluator. Vos estis lux mundi. Et idem ait
Si lumen quod in te est tenebre sint: ipse tene-
bre quante erunt? Hoc est: Si sacerdotes & epi-
scopi ipsa lumina currant in via seculi tenebro
sa: q̄ erit tūc tenebrosus ipse populus secularis?

Quare maxime sacerdotibus & Epis dicit Paulus. Nolite conformari huic seculo: sed reformamini. Quibus verbis duo facit aplus. Primū ꝓhibet ne seculo conformemur & efficiamur carnales/deiñ iubet vt reformemur in dei spū quo simus spiritales. Ego vero hunc ordinē sequēs: primū dicā de cōformatione: deinde de reformatione. Nolite (inquit) cōformari huic seculo. Seculum vero appellat apostolus rationem & modū viuendi secularem: que maxime in quattuor malis huius mundi consistit: videlicet: In diabolica superbia/in carnali cōcupiscentia/in mūdana auaritia/in negotiatione seculari. Hec in mundo sunt (teste Ioanne apostolo) in epistola sua canonica. Inquit eni. Omne quod est in mūdo: aut est concupiscētia carnis/aut concupiscentia oculorum/aut superbia vitę. Hec eadem modo sunt & regnant in ecclesia & in ecclesiasticis hominibus: vt videamur vere posse dicere. Omne quod est in ecclesia: aut est concupiscentia carnis/aut oculoꝝ/aut superbia vitę. In primis (vt de vitę superbia loquar) Quanta sit hijs diebus in hominibus ecclīasticis auiditas et appetitus honoris et dignitatis: q̄ anhelans cursus a beneficio ad beneficium/a minori ad ma-

ius ab humiliori ad altius: quis est qui nō videt: quis autem videns non doleat? Preterea in ipsis dignitatibus qui sunt: pleriq3 eorum incedunt vultu adeo recto / & oculis tam sublimibus: vt non in humili presulatu Christi / sed in alto dominatu mundi positi esse videantur: non agnoscentes / nec animaduertentes quidnam magister humilitatis Christus dixerit discipulis suis quos vocauit ad presulatum. Principes gentium (inquit) dominantur eorum. Et qui maiores sunt / potestatem habent. Vos autem non sic: Sed qui est maior inter vos sit ille minister. Qui primus sit omnium seruus. Venit enim filius hominis non ministrari / sed ministrare. Quibus verbis docet plane saluator magisterium in ecclesia nihil aliud esse q̄ ministerium: & primatum in ecclesiastico homine / nihil esse aliud q̄ humilem seruitutem.

Secundum autem malum seculare que concupiscentia carnalis est: nonne hoc vitium ita inundauit ecclesiam quasi flumine voluptatis suę / vt nichil studiosius queratur in hoc confusissimo tempore a maxima parte sacerdotum / q̄ quod sensum oblectet / sensuiq3 placeat? Conuiuijs & epulationibus se dedūt. In vanas

confabulationes se effundunt. Se ludis et iocis tradunt: se aucupijs & venationibus accommodant. In delicijs huius seculi se immergũt. Conquisitores et inuentores voluptatum in precio habent. In quod genus hominum exclamat Iudas apostolus in epistola sua Canonica dicens Ve illis qui in viam Cayn abierunt. Hij sunt in epulis suis/macule conuiuantes. Sine timore sibimetipsis placentes. Fluctus feri maris despumantes suas confusiones. Quibus procella tenebrarum reseruata est in eternum. Auaritia 3
autem quod tertium seculare malum est: quod Ioannes apostolus appellat concupiscẽtiã oculorum: Paulus vocat idololatriam. Hec teterrima pestis ita inuasit animos fere omnium sacerdotum: & ita mentis oculos excecauit: vt ad omnia iam ceci simus: nisi ad ea solum que videnť nobis lucra afferre posse. Nã i hijs diebus quid aliud querimus in ecclĩa q̃ pinguia beneficia & ꝓmotiones. In ipsis deinde ꝓmotionibus: qd aliud nũeramus q̃ fructus & prouẽtus? Ad quos inflãmamur tãta auiditate: vt quot & q̃ onera ac q̃ magna sacerdotia suscipimus dũmodo magnos habeant reditus/non curemus O auaritia recte te Paulus appellauit oĩum ma=

lorum radicē. Ex te enim est beneficiorum alio-
rum supra alia accumulatio. Ex te ex multis re-
signatis beneficijs tam magne assignate pensio
nes. Ex te certamina de decimis / de oblatis / de
mortuarijs / de dilapidationibus: iure & titulo
eccl'ię / ꝓ quibus non minus q̄ pro ipsa vita nr̄a
digladiamur. O auaritia. Ex te onorosę visita-
tiones Ep̄orum. Ex te corruptiones curiarū / &
inuētiones iste quotidie noue: quibus miser po
pulus deuexatur. Ex te procacitas et petulantia
officialiū. O auaritia mater omnis iniquitatis.
Ex te in Ordinarijs istud ardens studiū ampli-
ficādę sue iurisdictionis. Ex te in ordinarijs ista
insana & rabiosa cōtentio de insinuatione testa
mētorum. Ex te intempestiue sequestrationes
fructuū. Ex te est ista supsticiosa obseruatio le
gū eaꝝ oim que lucrose sunt: posthabitis et ne-
glectis eis que ad emendaitonē moꝝ spectant.
Quid numerem reliqua? Vt summatim dicā: vt
vno verbo concludā. Ois corruptela / ois eccl'ię
ruina / oia mūdi scandala: sunt ex auaritia sacer-
dotū secundū illud Pauli quod repeto iteꝝ & in
culco i aures vr̄as: Radix oim maloꝝ cupiditas.
4 Quartum autem seculare malū quod deformat
faciem eccl'ię et maculat: est assidua occupatio

secularis: in qua se implicant multi sacerdotes: et Episcopi hijs diebus: serui magis hominū q̄ dei/milites magis huius mūdi q̄ Christi. Nam Apl'us Paulus scribit ad Thimothe. Nemo mi litās deo: implicat se negocijs secularibus. Mili tes autem dei sacerdotes sunt. Militia vero eoꝝ non est carnalis sed spiritualis. Nā militia nr̄a est: orare/ legere / & meditari scripturas / mini= strare verbum dei/ministrare sacramenta salu= tis/sacrificare pro populo/& ꝓ peccatis eoꝝ ho stias offerre. Sumus enim sequestri et medij ad deum pro hominibus: quod testatur Paulus ad Hebreos scribens. Omnis (inquit) pontifex ex hominibus assumptus: ꝓ hoibus constituit in hijs que suut ad deum: vt offerat dona & sacrifi cia pro peccatis. Vnde apl'i illi primi sacerdotes et Epi tam abhorruerūt ab omni attrectatione reꝝ seculariū: vt ne necessariū quidē victū egen tibus ministrare voluerint: tametsi id magnum sit opus pietatis. Sed dixerunt. Non est equum nos relinquere verbū dei & ministrare mensis. Nos autem orationi et ministerio verbo dei in stantes erimus. Et ad Corinthios clamat Pau= lus. Si secularia negocia habueritis: contempti biliores qui sunt in ecclesia: eos constituite ad

iudicādū. Profecto ex ista secularitate: et quod
Clerici & sacerdotes omissis spiritualibus: se in=
uoluunt occupationibus terrenis: multa mala
1 sequuntur. Primum: dehonestatur dignitas sa=
cerdotalis: que est maior q̄ aut regia: aut impe=
ratoria. Est eni equalis angelice. At huius emi=
nentię splendor obscuratur caligine: quando sa
cerdotes versantur in terrenis: quorum conuer=
2 satio debet esse in celis. Secundo sacerdotium
contemnitur quando nihil interest inter tales
sacerdotes & laicos: sed (secundū Ozee prophe
3 ciam) sicut populus: ita et sacerdos. Tertio pul
cher ordo hierarchicus in ecclesia confunditur
quando summi in ecclesia tractant vilia et terre
na & loco eoꝝ viles & abiecte personę exercent
4 summa & celestia. Quarto populus ipse laicus
scandalizatur & in ruinam impellitur: quando
quorum officium est trahere homines ab hoc
mundo: hij assiduitate sua in seculo docent ho
mines amare hunc mundum: & ex amore mun=
5 di in gehennam precipitāt. Preterea in ipsis sa=
cerdotibus sic intricatis sequitur necessario hy=
pocrisis. Nam cōmixti confusiq; cum laicis sub
veste et habitu sacerdotali ducunt vitam plene
6 laicalem. Item infirmitas spiritualis & quidam

seruilis timor: qn̄ eneruati aquis huius mundi nihil audeāt nec facere nec dicere nisi ea que no uerint suis principibus grata & placētia. Postre mo ignorantia & cecitas: quando obcecati tene bris huius seculi nihil vidēt nisi terrena. Quare non sine causa saluator noster Christus admo- nuit prelatos ecclesie sue. Attendite (inquit) ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate: & curis huius seculi. Curis (iquit) huius seculi: qui- bus aggrauata corda sacerdotū ad alta se attol- lere & ad celestia se eleuare non possunt. Multa sunt preterea alia que sequuntur mala ex secula ritate sacerdotum que longum esset enumerare Sed facio finem. Hec sunt illa quattuor que di- xi o Patres / o sacerdotes quibus conformamur huic seculo quibus deformatur facies eccl'ie: qui bus eius status destruitur / sane plusq̄ aut olim in principio illa persequutione tyrānica / aut de inde post inuasione que secuta est heretica. Nā in persecutione tyrannorum deuexata ecclesia facta fuit fortior & illustrior. In inuasione here ticorum agitata ecclesia facta fuit sapientior & sacrarum litterarū peritior. At ista iniquissima secularitate introducta: postea q̄ irrepserit in ec clesiasticos homines ratio viuendi secularis: ra-

dix omnis spiritalis vitę ipsa charitas extincta est: qua sublata / nec sapiens nec fortis in deo ecclesia esse potest. In hoc quoq3 tempore etiam magnam sentimus cōtradictionem a laicis. Sed illi nō tam aduersantur nobis q̄ nosipsi: nec contradictio eo℞ tam nos ledit q̄ contradictio male vitę nostrę: q̄ contradicit deo & christo. Nam ille inquit. Qui non est mecum cōtra me est. Infestamur etiam hoc tempore ab hereticis hominibus mira stulticia insanientibus: sed ista heresis illorum: non tam est pestifera et perniciosa nobis et populo: q̄ mala et deprauata vita sacerdotū. Que si credamus diuo Bernardo est quedam species heresis & omniū maxima & perniciosissima. Nam predicans sanctus ille pater in quadam cōuocatione ad sacerdotes sui temporis: in quodam Sermone: ita inquit hijs verbis. Multi sunt catholici loquēdo et predicādo: qui idem sunt heretici operando. Nam quod heretici faciunt prauis dogmatibus: hoc faciunt isti malis exemplis. Seducunt populū et inducunt in errorem vitę. Et tanto grauiores sunt hereticis: q̄to preualent opera verbis. Hec Bernardus ille sanctus pater magno et ardenti spiritu in sectam malorum sacerdotum sui temporis. Qui=

bus verbis significat plane duplicem esse hereticam prauitatem. Vnam peruerse doctrinę: & alteram peruerse vite: quarum posterior hec est peior & perniciosior: que regnat in ecclesia ad miserum ecclesię interitum sacerdotibus nō sacerdotaliter sed seculariter viuentibus. Quare vos Patres/vos Sacerdotes/vos omnes Clerici: expergiscimini aliquando & exurgite ex isto vr̄o somno in hoc mūdo lethargico/& euigilantes tandē audite Paulum clamantē vobis. Nolite conformari huic seculo. Et hec de prima parte. Nunc veniamus ad secundam.

Secunda pars de Reformatione.

Sed reformamini in nouitate sensus vestri. Secundum autem quod iubet Paulus est vt Reformemur in nouū sensum: vt sapiamus ea que sūt dei: reformemur ad ea que sunt hiis que modo dixi contraria: videlicet ad humilitatem/ad sobrietatem/ad charitatem/ad occupationes spirituales: vt quemadmodum scribit idem Paulus ad Titum. Abnegantes impietatem & secularia desideria/sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo. Hec autem reformatio & restauratio ecclesiastici status: oportet incipiat a vobis patribus nostris: et sic deinceps in nos sacerdo-

tes vestros et in totum clerum diriuetur. Vos enim estis capita nostra. Vos estis exemplar viuendi nobis. Ad vos spectamus tanq̄ ad signa directionis nostrę. In vobis & in vita vestra cupimus legere tanq̄ in viuis libris quonam pacto ipsi viuamus. Quare si volueritis videre festucas nostras: prius tollite trabes de oculis vestris. Est autem antiquum prouerbium. Medice cura teipsum. Vos medici spirituales primū degustate vos istud pharmacū expurgationis morum/& deinde idem nobis degustandū propinetis. Via autem qua reformetur eccl'ia & in meliorem formam restituatur: non est quidem cōdere nouas leges (Sunt enim leges satis multe & numerose) vt ait Salomon. Nihil est nouum sub sole. Nam morbi qui nūc sunt in ecclesia/antea in preteritis seculis fuerūt. Et nullum est erratum cui patres optima remedia nō prouiderunt. Nulle sunt transgressiones quarum in corpore iuris canonici non extant leges cohibitrices. Non est opus ergo vt condantur noue leges & constitutiones: sed vt seruentur condite. Quare in ista vestra congregatione vocentur in medium & recitentur leges que sunt edite/que prohibent mala/queq; bona precipiunt

Imprimis recitentur leges ille que admonent 1
vos patres ne manus veſtras cito alicui impo=
natis : admittatiſve ad ſacros ordines . Nam il=
lic fons malorum eſt: quod aperta ianua ſacro=
rum ordinum omnes qui ſe offerunt paſſim ſi=
ne repulſa admittũtur. Hinc ſcaturit & emanat
iſta turba que eſt in eccleſia : & indoctorum &
malorum ſacerdotum . Non enim meo iudicio
ſatis eſt ſacerdoti: conſtructio Collectę/Propo
ſitio queſtiunculę/reſponſio ad Sophiſma: ſed
multo magis bona et pura: et ſancta vita: proba
ti mores: mediocris doctrina ſcripturarum ali=
qua cognitio ſacramentorum. Ante omnia timor
dei & amor vitę celeſtis. Recitentur leges que iu 2
bent vt beneficia eccleſiaſtica dignis conferant
et promotiones fiant in eccleſia recto examine
virtutis: non affectione carnali/non acceptatio
ne perſonarum quo fit his diebus: vt pueri pro
ſenibus/ſtulti pro ſapientibus/mali pro bonis
regant et dominentur. Recitentur leges que mi 3
litant contra Symoniacam labem: que lues: que
contagio: que dira peſtis: late ſerpit modo vt cã
cer per animos ſacerdotũ: vt non vereantur ple
ricꝫ hijs diebus precibus et obſequijs/premijs
pollicitationibus cõparare ſibi magnas digni=

4 tates. Recitentur leges que iubent personalem residẽtiã curatorum in ecclesijs suis. Nam ex hoc multa mala nascuntur: quod oia hijs diebus in eccl'ia fiunt per operã vicariã: & hoies substitutos: & eos quoq ieptos & inidoneos ac sepe iniquos: q nihil aliud in plebe nisi sordidũ lucrũ q̃rũt. Vñ scandala/ vñ hereses/ vñ in populo ma

5 la christianitas. Recitentur leges & sancte regule tradite a patribus de vita et honestate clericorum/ que prohibent ne clericus sit mercator: ne sit fenerator/ ne sit venator/ ne sit publicus lusor/ ne sit arma gerens/ leges que prohibent clericis frequentare tabernas/ suspectas habere familiaritates cũ mulierculis/ leges que iubent sobrietatẽ & modestiã in vestibus: & in corporis

6 cultu temperantiã. Recitent̃ etiã istis dñis monachis & religiosis leges que iubent vt via larga seculi relicta: incedant arta via que ducit ad vitam: que iubent vt non insistant negocijs nec secularibus: nec ecclesiasticis: que iubent vt non litigent in curijs principum pro rebus terrenis. Nam in Calcidineñ Concilio est: monachos se debere tradere duntaxat orationi & ieiunio/ & castigationi sue carnis: & obseruationi discipline sue monastice.

7 Ante omnia vero recitẽtur le

ges que pertinent & spectant ad vos reuerẽdos
Patres & dominos episcopos. Leges de iusta &
canonica electione vestra in capitulis ecclesia-
rũ cũ inuocatione diuini spiritus. Nam ꝓpter-
ea quod hoc non fit his diebus: & quia sepe eli-
gũtur prelati magis fauoribus hoim ꝗ gr̃a dei/
iccirco habemus certe nonnunꝗ Ep̃os parũ spi
ritales homines magis mundanos ꝗ celestes: sa
pientes magis spiritum huius mundi ꝗ spiritũ
Christi. Recitentur leges de residentia Episco- 8
porum in diocesibus suis: que iubent vt inten-
dant animarum saluti: vt verbum dei seminent:
vt in suis ecclesijs saltẽ magnis diebus festis ap-
pareant: vt sacrificent pro populo suo: vt causas
pauperum audiant: vt orphanos/pupillos/& vi
duas sustineant: vt semper in operibus pietatis
se exerceant. Recitentur leges de patrimonio 9
Christi bene distribuendo: leges que iubent vt
bona ecclesię exponantur: nõ in sumptuosis edi
ficijs/non in apparatibus & pompis/non in cõ
uiuijs & comessationibus: nõ in luxu & lasciuia
non in ditandis consanguineis/non in alendis
canibus: sed in rebus ecclesię vtilibus & necessa-
rijs. Nã interrogãti Augustino Anglo℞ Ep̃o/
quomodo Episcopi et prelati Anglię exponent

bona sua que sunt fidelium oblationes. Respon
dit Papa. Gregorius (& eius responsio ponitur
in decre. Ca. xij. q. secunda) bona videlicet Epi=
scoporum in quattuor partes diuidi oportere.
Quarũ vna pars Episcopo & familię/altera cle=
ricis suis/tertia reparandis edificijs/quarta pau
10 peribus debeatur. Recitentur leges: & iterum at
ꝙ iterum recitẽtur leges ille que tollunt sordes
& spurcitias curiarum: que amputãt istas artes
quotidie nouas inueniendi lucri/que conantur
extirpare et eradicare istam tetram auariciam/
que est origo & causa omnis mali/que est fons
11 totius iniquitatis. Renouentur postremo ille le
ges et constitutiones Patrum de celebratione
Conciliorum que iubent vt prouincialia Conci
lia frequentius pro reformatione ecclesię cele=
brentur. Nam nunq̃ accidit ecclesię Christi res
magis detrimentosa q̃ omissio Conciliorum/
tum generalium/tum prouincialium. Hijs legi
bus et huiusmodi alijs recitatis que ad rem per
tinent/queꝙ ad correctionem morum spectant
superest vt eedem cum omni authoritate et im=
perio mandentur executioni: vt habẽtes legem
aliquando secundum legem viuamus. Qua qui
dem in re vos potissimum debita cũ reuerentia

Patres appello. Nam ista legum executio & ob
seruatio constitutionum a vobis incipiat opor=
tet vt viuis exēplis doceatis nos sacerdotes vos
imitari. Alioquin certe dicetur de vobis. Impo=
nunt onera grauia humeris aliorum: ipsi autem
ne digito quidem suo volunt ea mouere. Vos
autem si seruaueritis leges: sicq; ad normam &
regulam canonum vitam vestram in primis re=
formaueritis: tunc dabitis nobis lumen: in quo
quid nobis faciendum sit videamus. Lumen vi
delicet optimi exempli vestri: nosq; vidētes Pa=
tres nostros seruare leges: libenter patrissabi=
mus: id est: vestigia patrum nostrorum seque=
mur. Reformata autem parte clericali et sacer=
dotali in ecclesia: possumus tunc iusto ordine
ꝓcedere ad reformationē partis laicalis. Quod
quidē facillimū erit factu si prius nos reformati
fuerimus. Nam corpus sequitur animā: & qua=
les in ciuitate rectores: tales inhabitantes in ea.
Quapropter si sacerdotes ipsi animarum recto
res fuerit boni: statim populus sequetur bonus
Bonitas eni nr̄a docebit eos vt boni sint clarius
q̄ omnes alię doctrine & predicationes. Boni=
tas nostra coget eos in viam rectam: efficatius
certe q̄ omnes vestre suspensiones & excomuni

cationes. Quamobrem si voletis laicos viuere
pro voto & voluntate vestra vosipsi prius viuite
ꝑ volūtate dei. Atq; ita (mihi credite quod) vo
1 lueritis in eis facile assequemini. Vos vultis obe
dientiam ab eis. Et iustum est. Nam in epistola
ad Hebre. suut verba Pauli ad laicos. Obedite
(inquit) prepositis vestris et subiacete eis. Sed
si volueritis istam obedientiam: perficite prius
in vobis rationem & causam obedientię quam
tradit idem Paulus: & sequitur in textu: hoc est:
ꝑuigilitate rationē reddituri de animabus eoꝝ
2 & obedient vobis. Vos vultis honorem a popu
lo: iustū est. Nam scribit Paulus ad Thimothe.
Qui bene presunt presbyteri duplici honore di-
gni sunt: maxime qui laborant verbo et doctri-
na. Cupientes ergo honorem: bene presideatis
prius: & laboretis in verbo & doctrina: & tū vos
3 populus omni honore prosequetur. Vos vultis
metere carnalia eoꝝ et colligere decimas & ob-
lationes sine reluctatione: Iustum est. Nam di-
cit Paulus ad Ro. scribens. Debitores suut: et de
bent in carnalibus ministrare vobis. Sed volen
tes metere carnalia eoꝝ: prius seminate vos spi
ritualia vestra: & tunc abunde carnalia eoꝝ me-
tetis. Nam durus est ille homo & iniustus qui

vult metere vbi nō seminauerit et colligere vbi
non dispserit. Vos vultis libertatē ecclesiasticā 4
et non trahi ad iudicia secularia. Et hoc quoq̧
iustū est. Nam in Psal. est. Nolite tangere chri-
stos meos. Sed cupientes istam libertatem: sol-
uite vos prius a seruitute mundana & ab obse-
quijs hominum. Et vendicate vos in veram li-
bertatem christi spiritualem libertatem in gra-
tia a peccatis/& seruite deo: & regnate in ipso.
Et tunc (credatis mihi) populus nō tanget chri-
stos domini dei sui. Vos vultis securitatē/quie- 5
tem/& pacē. Et hoc decet. Sed volentes pacem
redeatis ad deū pacis & dilectionis: redeatis ad
Christum in quo est vera pax spiritus que exu
perat omnem sensum: redeatis ad vos & ad ve-
ram vitam sacerdotalem Atq̧ postremo quod
iubet Paulus Reformemini in nouitatem sen-
sus vestri: vt speretis ea que sunt dei: & pax dei
erit vobiscum. Hec sunt reuerendi patres vos-
q̧ viri preclari que de reformatione ecclesiastici
ordinis dicenda putaui. Ea spero ꝓ vestra hu-
manitate in bonam partem accipietis. Quod si
cubi forte in sermone hoc modum excessisse vi-
dear. Si quid intemperantius dixisse ignoscite
mihi. Et date veniā homini ex zelo loquēti/ho

mini dolenti ruinam ecclesię: & pretermissis me
is ineptijs considerate rem ipsam. Considerate
miseram ecclesię formam & statū. Et in eius re=
formatione totis animis incumbite. Nolite Pa
tres nolite sinere istum vestrum tam celebrem
conuentum abire inuanum. Nolite pati istam
vestram congregationē elabi in nihilum. Con.
gregamini quidem sepe: sed (vt vr̄a pace quod
verum est dicam) nō video quis adhuc fructus
presertim ecclesię existit huiusmodi conuētibus sit
cōsequutus. Ite modo in spiritu quē inuocastis
vt eius auxilio adiuti in isto vestro consilio pos
sitis ea excogitare statuere decernere: que sint
ecclesię vtilia/que vobis laudi/que deo honori:
Cui sit omnis honor et gloria in secula seculo=
rum. A M E N.